



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim  
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**

Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus  
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati  
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

**Herbipoli, 1701**


Decas X. Ab anno Christi 1190. ad 1200.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64765](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64765)



ibi etiam in obsidione Ptolemaidis moriens spes Christianorum morte suâ succubi



## DE CAS X.

✿ *Ab anno Christi 1190. ad 1200.*

1191. **H**ENRICUS filius Friderici subrogatus in minore Armeniâ à Clemente Imperium postulat & obtinet.

Clemens Papa obit, & in ejus locum successit Hyacinthus Cardinalis, dictus Celestinus III, à quo Henricus mox Imperii insignitur.

Philippus & Richardus Reges in Palæstinam appellant, & Ptolemaidem expugnant; parùm verò inter se Angli & Galli convenientibus Philippus redit Romam, & absolutionem a voto integrè adimpleto impetrat. Richardus autem sæpè cum Saladino feliciter pugnat. Nihilominus obortis inter Christianos discordiis fœdus cum Saladino ad triennium init, & Rege Hierosolymorum constituto Henrico nepote suo, Conrado autem ejus competitore cæso, solvit Ptolemaide, naufragium in sinu Adriatico passus cum paucis in terram enatat, & inde mutata



Reper Germaniam redire cogitat in Angli-  
am : agnitus autem à Leopoldo Austriae  
Duce, ei privatim multis de causis infesto,  
propè Viennam capitur, & ad Henricum  
Imperatorem mittitur, è cujus manu dif-  
ficulter extractus est.

✽(1192.)✽ S. Ubalduſ Eugubinus E-  
piſcopus Catalogo Sanctorum adſcribitur,  
& Ordo Teutonicus inſtituitur.

✽(1193.)✽ Henricus Imperator cru-  
deliter in Siculos & Salernitanos deſævit,  
& Rogerium filium Tancredi jam coro-  
nandum excæcat : puellas cum matre cu-  
ſtodia committit, aliaque crudelitatis fa-  
cinora edit, & Siciliam ferè totam diripit.

Cœleſtinus Papa præmiſſis denunciatio-  
nibus Leopoldum Austriae Ducem ob cap-  
tum Richardum Angliæ Regem excom-  
municat, idemque comminatus eſt Henri-  
co, niſi eundem Regem libertati reſtituat.

✽(1194.)✽ Richardus Rex reſtituitur  
libertati ab Henrico Imperatore, & matri  
Eleonoræ ab Archi-Epiſcopis Moguntino  
& Coloniensi traditur.

✽(1195.)✽ Discordiâ inter Saladini  
filios exortâ, ſpes iterum oritur Palæſtinæ  
recipiendæ, ſi modò Chriſtiani inter ſe  
concordes fuiſſent. Sed irrita omnia, pec-  
catis Chriſtianorum impediẽtibus.



Alexius Comnenus Isaacium Comnenum à throno de solio dejecit, & in carcerem detrudit, & Orientale Regnum usurpans.

Cœlestinus Pontifex Leopoldum, ex tam à Richardo injustè pecuniam restituta re recusantem, anathemate percellit: & omnis ejus ditio gravissimis mox malis luvionibus, peste, incendiis, & sterilitate punita, & ipse Leopoldus, tibi à violente casu fracta, mox toto rescisso pede trahi debuit: imò in totum corpus luente periente ab Episcopis absolutus, inter dolens expiravit. Ejus autem corpus diu inhumatum, ut vermibus scateret, quod filius ejus pecuniam restituere negabat, quod tandem præstitit. Tam miseram Leopoldi exitu permotus Henricus Imperator, qui simili anathemate tactus fuerat, pecuniam omnem extortam Richardo restituit.

✽(1196.)✽ Henricus Imperator, prætextu expeditionis in Terram sanctam venit cum exercitu in Italiam, & sævit contra Nortmannos, & eos præcipuè, qui à se Regem elegissent, quorum nonnulli diademata clavis capiti affixit, alios aliis crudelibus modis sustulit. Uxor autem ejus Constantia ex Nortmannis orta, gentem suam educto contra maritum exercitum



à tyrannide tandem liberavit, marito in fugam coniecto.

✱(1197.)✱ Constantia uxor Henrici Imperatoris cogit armatâ manu maritum ad pacem ineundam cum Nortmannis. Henricus autem, quia classe tunc potens erat, à Græcis tributum extorquet, & accipit Constantinopoli ab Alexio Angelo transmissa auri talenta sedecim: & illud quidem tributum dictum est Alemannicum, ægrè repertum à Græcis, expilatis Ecclesiis & cœnobiis, atque etiam sepulchris refoffis. Sed uti violentum tributum hoc fuit, sic etiam breve & tantum unius anni. Henricus enim hoc anno obiit Messanæ, quem Pontifex sepeliri vetuit, nisi ex consensu Regis Angliæ, tanquam excommunicatum ob pecuniam iniquè extortam. Verum jam ante mortem pecuniam ad Richardum præmiserat; & moriens testamentum valde pium condidit, reddiditque Pontifici, quæ ejus juris erant. Cœlestinus ergo regnum Siciliæ ejus filio dedit, acceptis duobus millibus marcharum argenti.

Classis Henrici Imperatoris appulit Ptolemaidem sub Conrado Hildesheimensi Episcopo Imperatoris Cancellario: sed audito adventu filii Saladini, & Henrici morte, exercitus turpiter dilapsus est, quam




quàm mox pugnaturus, aliquibus tantum remanentibus, inter quos erat Archiepiscopus Moguntinus, Cardinalis Episcopus Sabinensis, ad coronandum Armeniam missus, cujus operâ idem Rex a Principe Antiochiæ reconciliatus est.

Principes Imperii rejecto Friderico filio Imperatoris Henrici adhuc impubere discordant inter se, & pars una eorum legit Philippum Ducem Sveviæ, pars altera Ottonem Ducem Saxoniam.

✱(1198.)✱ Cœlestinus III. Papa morbo & senio extinguitur, & eodem die in Pontificem eligitur Lotharius Aragninus, Diaconus Cardinalis anno 37. dictus Innocentius III.

Circa hæc tempora florent varii Ordines militares: in Hispaniam S. Jacobi & Calabrie, Ordines SS. Trinitatis & redemptionis captivorum, item Hospitaliariorum S. Spiritus, qui ab Innocentio approbantur. Preterea tant aliqui Ordinem quoque Teutonicum jam ante aliquot annos institutum, nunc modò approbatum esse à Cœlestino III. uti rogârat Henricus Imperator: fuitque Ordo hic magni, primò in Oriente, ac deinde etiam in Occidente nominis & fortitudinis.



Huc



Hucusque produxit Baronius  
in limine vitæ constitutus tomũ  
suum XII. Annalium Ecclesiast-  
icorum, quos eruditissimi viri, &  
omni exceptione majores *Eccle-  
siae Propugnaculum* appellârunt :  
ut frustrâ omninò allatrent Scio-  
li quidam & heterodoxi, qui mi-  
nùs eis nocebunt, quàm canis al-  
latrans lunam. Hic igitur illu-  
strissimum Ecclesiæ fidus, pietate  
& eruditione eximius, S. R. E.  
Cardinalis, Sacrosanctæ Aposto-  
licæ Sedis Bibliothecarius, an-  
no ætatis suæ LXIX. per octo  
menses jam inchoato, anno au-  
tem à Christo nato M. DC. VII.  
scribendi & vivendi finem fecit,  
mercedem non aliam reposcens,  
nec uberiores recepturus, quàm  
Jesum Christum, ad quem jam  
jam moriturus, & porrectum à



caelo præmium comprehen-  
 rus, his se verbis excitavit, Chr-  
 sti Crucifixi imaginem intuitu  
*Ecce nunc tempus exultationis  
 letitiæ! moriamur.*

Quæ sequuntur, ex limpida  
 & amplis historiarum fontibus  
 hausta à Bzovio, Spondano, Gu-  
 alterio, Prietio & aliis, hinc vel  
 in parvis phialis delibanda pro-  
 pinantur.

✽(1199.)✽ Richardus Rex Angliæ pa-  
 ctis cum Rege Francorum induciis quin-  
 quennialibus excurrit in Aquitaniam, & fa-  
 gittâ ictus perit, succedente in regno fra-  
 tre ejus Comite Moretonio.

Alexius Angelus duplici periculo vita  
 monetur vitæ emendationem, sed non e-  
 mendatur. Primò terra in immensam vor-  
 raginem juxta ejus cubile dehifcebat, quæ  
 multi vorati sunt, & ægrè ipse evasit. Se-  
 cundò turbine deprehensa in mari tota e-  
 jus familia, quò se contulerat animi rela-  
 xandi gratiâ, vix ad littus appulit. His om-  
 nibus admonitus est à Deo & à Pontifice,  
 neque tamen melior evasit.



✱ (1200.) ✱ Otto & Philippus Reges Germaniæ inter se digladiantes, Germaniam vastant. Innocentius Papa utriusque controversiã auditã Imperium Ottoni adjudicat. Unde magnæ lites coortæ, magno damno Imperii & religionis.

S. Hugo Lincolniensis Episcopus, quondam Carthusianus sanctè moritur, & ferebro humeros supponentibus Regibus Angliæ & Scotiæ cum Proceribus, sepelitur; sic quibus vivus metuendus, eisdem mortuus colendus videbatur.

#### HÆRESIS JOACHIMI ABBATIS.

**D**iffamatum est nomen ejus tempore Cælestini III. duplici ex causã: primò vaticinationem professus est, & ut gloriam inanem aucuparetur, omnes suos libros prognosticis ab ipsã experientiã mendacii convictis adpersit. Inter alias fabulas triplicem hominis statum adstruebat: primò carnalem ab Adamo ad Christum, secundò statum intermedium à Christo Domino usque ad S. Benedictum; tertio Spiritualem à S. Benedicto usque ad finem sæculi. Ad hos tres status tres hominum ordines, Conjugatorum, Clericorum, & Monachorum reduxit, dixitq; Conjugatorum ordinem initium sumpsisse ab Adamo, & fructum tulisse usq; ad Abrahamum; Sacerdotalem inchoatum esse ab Ozia, qui thus Deo obtulit, & fructum ferre cœpisse à JESU Chri-



sto Rege & Sacerdote: Ordinis Monastici p  
 mordia fuisse à S. Benedicto, fructuosum autem  
 esse cœpisse tempore ipsius Joachimi Abbatis; d  
 firmabat in primo quidem statu datam esse leg  
 carnalem, in seculo verò legem spiritualem, p  
 licet Evangelium, quod tamen aiebat ab Apost  
 lis prædicatum fuisse non secundum spiritua  
 sensum, sed tantum secundum sensum litteralem  
 in tertio deniq; prædicatum iri secundum sensu  
 spiritualem, idque à Monachis S. Benedicti.

Docuit prætereà in sanctissimo Trinitatis Mo  
 nasterio essentiam generare essentiam, in libro, que  
 scripsit contra Petrum Lombardum Magistrum  
 sententiarum.

### HÆRESIS PETRI JOANNIS PRO GENITORIS PETRO-JOHAN- NITARUM.

Joachimi defuncti errores defendit Petrus Jo  
 annes, & ideò post mortem ex terrâ sacri  
 exhumatus est tanquam hæreticus, & igni tra  
 ditus. Negabat prætereà animam rationalem  
 esse formam corporis humani, saltè quâ ratio  
 nalem.

Docebat Apostolos non prædicasse Evange  
 um secundum sensum spiritualem, sed tantum  
 secundum litteralem.



Ab anno 1100. ad 1200.

157

In Baptismo neq; gratiam, neq; virtutes Theologicas infundi.

Christum Jesum lanceâ perforatum esse, cum adhuc viveret.

Babylonis magnæ meretricis nomine intelligendam esse Romanam Ecclesiam, quam vocabat Ecclesiam carnalem, bestiam, Sathane synagogam.

Antichristum mysticè interpretabatur Papam.



G 7

SÆ-